

alterius acquirat, & obligatur, quam si nomine societatis tamquam institutor, & secundum normam prescriptam seu voluntatem sociorum contraxit, l. 4. §. 1. ff. de exercit. ad. si in communem arcam pecunia vertatur sint, l. 8. ff. Pro socio. Alias si socius proprio nomine contraxit, reliquis jus agendi contra Tertium non nascitur, nec reliqui obligantur; l. 13. C. Si cert. petat. Ad Lauterbach. de obligat. socior. que oritur ex conventionione cum extraneo inita.

51 Tertium idem est, quod contractus trinus fuit approbatus à Rota in Lucana Pecuniaria 21. Januarii 1744. §. 13. coram Eminenti. Bussio, ibi: "Quum nemin hujusmodi par solutio, & immissio pecuniarum in negotium; si contractus in dicta civitate usitatus, & nuncupetur depositum mercantiae continens, trinum contractum, nempe societatis, assecurationis capitalis, & conventionis fructuum, ex quo honestum, & limitatum lucrum retrahi valet &c. utique fructus exacti à canonico in dicta quantitate scutorum 577. 12. reputandi amplius non erunt illicitæ usuræ provenientes ex credito meræ pecuniario, sed legitimæ obventiones conventæ in dicto novo contractu, innovativo procedentis crediti fructiferi, quæ justo titulo exigi poterant absque ullo onere, & obligatione restitutionis."

52 Quinimo tradit supremum tribunal in mox allegata decisione quando intrus dicitur quærit trinus hic contractus, ut ex §. 4. & plur. seq.

SOCIETAS INTER FRATRES.

SUMMARIUM.

Fratres defunctis parentibus possunt inire inter se contractam societatem.

1 Per hoc tamen, quod fratres habeant hereditatem, seu patrimonium indivisum, & de communi mensa vivunt, non censetur strictam, & rigorosam societatem omnium bonorum iniri.

2 Hinc frater habens hereditatem, & patrimonium indivisum cum aliis fratribus, non tenetur per hoc communicare ipsi lucrum à se acquisitum ex publico alicujus officii administratione.

3 Item non tenetur per hoc communicare aliis fratribus lucrum acquisitum per negotiationem nomine proprio factam, quamvis cum hereditaria communi pecunia, dummodo ratione talis negotiationis non deficiat operibus debitum communioni, & indivisioni fraternæ.

4 Intellige tamen dummodo talis frater non fuerit Tutor, aut Curator aliorum fratrum.

5 Lucrum autem acquisitum per negotiationem nomine communi factam, est aliis communicandum.

6 Fratres viventes ex communi mensa post obitum patris, inita societate non repetenti, quæ contulerunt cum ad communem victum.

7 Posset autem frater, qui plus contulit, illud repetere si non fuit prius inita societate.

8 Excipe tamen, nisi alii fratres fuerint pupilli, amantæ, aut furiosi.

9 Frater, qui inita societate dotavit de propriis bonis sororem, potest ab aliis fratribus compensationem repetere.

10 Frater non habens expressam societatem omnium bonorum cum aliis fratribus, si ex bonis communibus filiam suam dotet, debet in divisione eam dotem in suam partem computare.

11 Secus autem si habuerit dictam expressam societatem omnium bonorum.

12 Frater habens pro aliis filiis laborantes in utilitatem communionis fraternæ, si non inierit cum aliis dictam expressam societatem omnium bonorum, potest exigere compensationem proportionatam dictis laboribus. Et sic frater non habens filios potest exigere ab habente filios illud plus, quod in ipsis alienis fuit consumptum, nisi tamen aliter sit conven-

tum, aut aliud ferat legitima consuetudo.

14 Secus autem si dicti fratres inierint inter se expressam societatem omnium bonorum.

15 Frater habens uxorem lucra acquirantem ex aliqua pecuniaria arte, aut professione, si ipsa uxor tenens lucrum reparatum, aut conjectari possit, quod soluerit societatem contrahere, non tenetur in divisione alii fratribus communicare, & compensatio nullatenus defectu uxoris in aliis operibus domesticis propter exercitium talis artis, aut professionis.

16 Sic à fortiori non tenetur frater communicare lucra acquisita ex bonis paraphernalibus sua uxoris, si ipsa uxor sit sibi expresse reservata talia lucra, non licet conjectari possit, quod soluerit communicare.

17 Secus autem si ipsa uxor, & suus vir cum ejusdem fratribus iniierint expressam societatem omnium bonorum.

18 Ratione enim hujusmodi rigorosæ societatis communicari debent quæcumque ex qualibet causa acquisita.

19 Nec obstat, quod in tali societate bona unius fratris sint multo plura bonis alterius.

20 Art. debet adverti, quod non intelligitur contra hæc rigorosæ societatis, nisi frater, seu socii specialiter, aut expresse voluntarie convenerint, quod sit omnium quorumcumque bonorum societas.

21 Nec dicit potest societas omnium bonorum illa, quæ vocatur societas simpliciter, & comprehendit sola lucra ex questu.

22 Pro questu intelligitur id, quod ex opere, artificio, industria, vel cura, & diligentia cujusque provenit.

23 Unde ratione societatis simpliciter contractæ non communicatur hereditas, legatum, vel id, quod est donatum.

24 Tenetur autem frater ratione societatis simpliciter contractæ communicare thesaurum inventum, sive in suo communi fundo, sive in alieno.

25 Socius vero non frater, sed extraneus ratione talis societatis tenetur communicare aliis sociis solum thesaurum repertum in fundo alieno, & non repertum in suo.

26 Semper autem esset communicandum cum aliis sociis sive fratribus, sive extraneis, talis ubicunque reperitur thesaurus, si inter ipsos fuisse in ita rigorosæ societatis omnium bonorum.

27 Debitum contractum ab uno fratrum post obitum patris, est de communi solvendum, si conversum fuerit in communem utilitatem.

28 Secus autem si conversum fuerit in solum privatum commodum contrahentis.

29 In contentione in qua utrum fuerit debitum conversum, onus probandi spectat ad illum, qui tale debitum contraxit; qui si non probet fuisse conversum in communem utilitatem, debet solvere de proprio.

30 Et mortuo fratre, qui debitum contraxit, onus probandi fuisse tale debitum conversum in communem utilitatem spectat ad Creditorem.

31 Delictum, seu malefictum unius fratris socii omnium bonorum non nocet aliis fratribus.

32 Præscindendo à societate fratres in divisione hereditatis paternæ, & maternæ offerre debent ad partitionem communem, quæ ab ipsis viventibus acceptaverunt: dummodo ipsi expresse, vel tacite per conjecturas non presumentur donata, seu condonata.

33 Primo igitur debet frater adducere, & computare in suam partem pecuniam, quam pater consumpsit pro studiis ipsius, si pater apud se habebat ipsius filii bona castrensia, aut quasi castrensia. Secus autem si non habebat.

34 Secundo debet frater adducere libros, quos pater vivens ipsi tradidit pro studio, si sint considerabiles quantitatis, & valoris; Secus autem si tales libri essent modicæ quantitatis, & pauci valoris.

35 Et sic est dicendum de pecunia ei tradita à patre pro emendis libris; quam si in magna quantitate insumpsit in ludos, aut meretrices, tenetur computare in suam partem; Secus autem si in modica quantitate.

36 In omni tamén casu, quo libri adducendi sint, & computandi, computari debent secundum solum valorem præsentem tempore divisionis.

37 Tertio debet frater adducere, quæ de bonis communibus post mortem patris insumpsit in prosecutione studii incepti ante mortem patris.

38 Quarto debet frater adducere expensas factas in assequenda post mortem patris laurea Doctoratus.

39 Non sunt autem computandæ expensæ factæ ab ipometre patre pro obtinendo doctoratu, dignitate, vel beneficio filio, nisi aliter constet tacite, vel expresse de sua voluntate.

40 Sunt tamen computandæ expensæ factæ à patre pro obtinendis filio aliis officiis, quæ vendi, & transmitti possunt ad heredem, & posteros.

41 Quinto conferre debet frater secundum valorem præsentem vestes, torques, & alia ornamenta à patre tradita ipsius uxori, si adhuc extant, & sint pretiosa, & non sint necessaria ad quotidianum usum.

42 Secus autem si non amplius extant, nec sint pretiosa, & sint necessaria ad quotidianum usum.

43 Nec tenetur ea conferre, quomvis sint pretiosa, quoties constat patrem ea nurui donasse.

44 Sexto conferre debet frater munera, & alias sponsalitates donationes à patre factas propter suas nuptias.

45 Filius volens succedere patri, licet non tenetur conferre, quæ ab ipso valide accepit donatione simpliciter facta ex mera liberalitate, tenetur tamen conferre, quæ ab ipso acceptæ donatione, non ex mera liberalitate, sed ob causam &c.

46 Non sunt tamen computandæ in divisione expensæ factæ à patre occasione convivi nuptialis, celebrationis primi Sacri, ingressus, & professionis Religiosæ, vel promotionis ad doctoratum, aut ad aliquam dignitatem, etiamsi filius habeat bona propria.

47 Nec tenetur frater computare, quæ pater illi dedit pro aliis ad cibum, vestitum, & equitatum.

48 Nec tenetur conferre, quæ à patre vivente accepit ob merita extraordinariorum obsequiorum, dummodo accepta non excedant merita.

49 Septimo conferre debet frater quæ pater insumpsit in ipsius liberatione à captivitate, à carcere, aut à pena ipsi pro delicto debita, si pater declaraverit esse computandam in divisione; Si autem declaraverit non esse computandam, aut non expresserit an vellet computari, non sunt computandæ.

50 Otioso conferre debet bona profectitia.

51 Non tamen bona castrensia, aut quasi castrensia.

52 Nec bona adventitia.

53 Non conferre debet frater quæ accepit à patre titulo patrimonii ad Sacros Ordines, vel ad nuptias contrahendas.

54 Non tenetur tamen conferre, si nolit succedere patri in hereditate.

55 Decimo conferre debet frater expensas factas à patre ad ejus bona adventitia augenda ad perpetuum utilitatem notabilem, si constet quod pater ea fecerit animo repetendi. Et quid si dicitur de tali animo.

56 Sic è contra si pater nobiliter dilapidaverit bona adventitia unius filii, tenentur alii in divisione compensare.

Additiones, num 57.

Fratres, defunctis parentibus, possunt inire inter se strictam, & rigorosam contractum societatis, ita ut omnia lucra, & damna fiant communia. Communis contractus enim ex conventionione legem accipere dignoscitur, textu expresso in c. Contractus 85. de Regul. juris in 6. & in l. Contractus 23. ff. de Regul. juris, ibi: Nam hoc servabitur, quod initio convenit, legem enim contractus dedit. (Vid. in omni specie contractus.)

Per hoc tamen quod fratres habentes hereditatem, seu patrimonium indivisum, & de communi mensa vivant, non censentur talem strictam, & rigorosam societatem inilisse, l. Cum duobus 52. §. 6. ff. Pro socio, l. Ex parte 39. §. 3. ff. Familia Eriscunda, cum simili-

bus, Bartolus in l. Si patruus 4. Cod. Communia utriusque Judicii, Azorius p. 3. lib. 9. cap. 59. Filiuccius tract. 28. cap. 7. quest. 6. num. 145. Silvester verb. Peculium 2. quest. 4. Bonacin. de contractibus disp. 3. q. 6. punct. 7. n. 2. Rosignol. de societate contr. 7. prenot. 27. num. 1. & alii passim: Et ratio est, quæ ad contrahendam strictam, & rigorosam societatem, quæ omnia lucra, & damna communia fiant, requiruntur verba, aut signa aperte indicantia talem contractum societatis, cum de natura talis strictæ, & rigorosæ societatis requiratur, quod sit conventio duorum, vel plurium aliquid pretio æstimabile conferentium pro negotiatione aliqua honesta ad commune lucrum pro portione rerum contributarum inter socios dividendum; l. Societatem 4. l. Societate 5. l. Si societatem 6. ff. Pro socio, & Institut. tit. 26. de societate, adeoque &c. (Vid. proxime tit. 10. part. 5. in prologo seu exordio cum leg. 1. 2. & 3.)

Hinc frater habens hereditatem, seu patrimonium indivisum cum aliis fratribus non tenetur per hoc communicare aliis fratribus lucrum à se acquisitum ex publico alicujus officii administratione, quia nisi aliter sit expresse conventum, indivisio hereditatis, seu patrimonii, & consequenter societas ex ipsa indivisione proveniens inter fratres se extendit solum ab bona hereditaria, & ad lucra ex illis provenientia: Non vero ad alia bona, & lucra aliunde fratribus obvenientia, uti sunt bona acquisita donatione, hereditate, dignitate, officio, seu industria non debita tali fraternæ societati, seu indivisioni; l. Cum duobus 52. §. 6. ff. Pro socio, l. Cui muneris 12. ff. de muneribus, & honoribus, cum similibus; Azorius cit. cap. 19. quest. 4. Filluc. loc. cit. num. 136. Silvester loc. cit. q. 20. Bonacin. loc. cit. n. 2. Rosignol. loc. cit. num. 4. & alii. (Leg. 3. 6. 7. & 9. tit. 10. ejusd. p. 5. consonant.)

Item frater habens hereditatem indivisam cum aliis fratribus non tenetur per hoc communicare aliis fratribus lucrum acquisitum per negotiationem nomine proprio factam, quamvis cum hereditaria communi pecunia; dummodo ratione talis negotiationis non deficiat operibus debitum communioni, & indivisioni fraternæ, quia tunc esset communicandum aliis fratribus pro parte correspondente operibus debitum tali communioni, & indivisioni fraternæ: l. Qui aliena 8. Cod. Si quis alteri, vel sibi, l. Si patruus 4. Cod. Communia utriusque judicii, l. Titium, & Mævium 47. §. 6. ff. de admittit. Tutor. cum similibus, Bald. in l. Si pecunia 1. Cod. Si quis alteri, vel sibi, Silvester loc. cit. q. 17. & 18. Rosignol. loc. cit. num. 17. & 19. & alii. (Ad rem leg. 48. & 49. tit. 5. cum leg. 7. tit. 10. p. 5.)

Intellige tamen dummodo dictus frater non fuerit Tutor, aut Curator aliorum fratrum, quia tunc lucrum acquisitum per negotiationem cum communi hereditaria pecunia factam, licet nomine proprio, & non communi, est communicandum aliis fratribus; l. Si Tutor vel Curator 3. ff. Quando ex facta Tutoris, vel Curatoris; Silv. l. c. q. 18. Baldus in l. Si pecunia 1. Cod. Si quis alteri, vel sibi, & in l. Si ut proponis 8. Cod. de rei vindicat. & alii. (Vide proxime cum glos. DD. Greg. Lop. etiamque leg. 15. tit. 16. p. 6.)

Lucrum acquisitum ab uno ex fratribus per negotiationem factam cum communi hereditaria pecunia nomine communi, debet etiam communicari aliis fratribus. Communis. Et ratio clara est, quia quod fit de communi & nomine communi, est commune. (Repete lecturam leg. 48. & 49. cum leg. jam citat. 2. & 3. tit. 10. p. 5. Conduct lex 5. tit. 15. p. 6.)

Commamentibus simul pluribus fratribus post obitum patris, si unus de suis bonis castrensibus, aut quasi castrensibus, aut aliunde de suis aliquid in communem victum impenderit, non potest illud repetere, si inter ipsos fuerit prius inita societates ad communem victum. Baldus in l. Cum duobus 34. ff. Pro socio, Silvester q. 22. Azorius loc. cit. c. 19. vers. Sexto quid dicendum; Rosignol. loc. cit. n. 5. & alii: Et ratio est, quia stante tali societate, non habetur consideratio ad illud plus ab ipso fratre in communi victu impensum, cum societas

jure intelligatur consumptum, cap. Si duo fratres lib. 12. lib. Feudorum. Tum quia si illud plus impenderit in illis usibus, ad quos inita est societas, presumitur illud donasse, nisi aliter se expresserit, adeoque non potest illud repetere.

8 Posset autem dictus frater illud plus repetere, si non fuerit prius inita societas cum aliis fratribus. Sic citati Doctores, & alii. Et ratio est, quia nullo jure, nec titulo naturalis pietatis obligatur unus frater ad alendos alios fratres de suo, quando isti, ut in hoc casu supponitur, habent ex bonis communibus quantum sufficit ad suam honestam sustentationem, adeoque potest illud plus impensum repetere; l. Nessenius 34. ff. de negotiis gestis. (Vide verb. Alimenta, leg. 36. tit. 12. p. 5. 4. tit. 19. p. 4. in dicto verb. recognoscere est conveniens addition. nov. hisp.)

9 Excipit tamen, nisi alii fratres fuerint pupilli, amenes, aut furiosi, quia in tali casu quamvis non fuerit inter ipsos inita societas, non potest dictus frater illud plus impensum repetere, nisi ante impensionem protestatus fuerit se nolle illud plus gratis impendere, seu donare. Sic Doctores citati supra num. 6. & alii. Et ratio est, quia seclusa tali protestatione illud plus impensum per dictum fratrem in communem victum fratrum pupillorum, amementum, aut furiosorum, presumitur gratis datum, seu condonationem, adeoque illud repetere nequit, cit. l. Nessenius 34. de negotiis gestis.

10 Frater, qui inita societate cum aliis fratribus, dotavit de propriis bonis castrensibus, vel quasi castrensibus sororem, quam etiam alii fratres dotare tenebantur, potest pro rata ab aliis compensationem repetere, Bartolus in l. Si patruus 4. Cod. Communia utriusque iudicii, Azorius loc. cit. cap. 19. q. 5. Filliuc. tract. 38. c. 6. q. 7. num. 146. Bonacina l. c. n. 8. & alii: & ratio est, quia talis frater utiliter gessit negotium aliorum fratrum, adeoque potest ab ipsis pro rata compensationem repetere. (Vid. lit. C pag. 213. ad 214. Conducunt leg. 26. § 28. tit. 12. p. 5. Perlege etiam seqq. ejusd. tit. § p.)

11 Frater habens cum aliis fratribus hereditatem indivisam, & sic solum societatem simpliciter, & non expresse contractam societatem omnium bonorum, si ex bonis communibus filiam suam dotet, debet in divisione bonorum eam dotem in suam partem computare; Speculator in tit. de iudic. §. Sequitur vers. Quid si unus: Bart. in l. Si patruus 4. Cod. de Comm. utriusque iudic. Silv. l. cit. cap. 20. circ. fin. Azor. l. cit. cap. 19. vers. Quinto: Rosign. loc. cit. disp. 4. §. 9. n. 4. cum aliis ibi citatis. Et ratio est, quia cum non est inita inter fratres expressa societas omnium bonorum, omnes expensæ factæ de hereditate communi & indivisa in utilitatem unius dumtaxat, debent ipsi soli imputari: Unde cum talis dos fuerit erogata in utilitatem unius dumtaxat illius fratris qui tamquam pater tenebatur dotare suam filiam de bonis propriis, si eam dotavit de communibus, tenetur eam in suam partem computare; arg. l. In hoc iudic. 14. ff. Comm. dividundo, cum similibus. (Consonat leg. 6. § 10. tit. 15. p. 6. Ad rem lex 29. Tauri § 3. tit. 8. lib. 8. Recop. Cast. In fin. leg. 16. tit. 10. p. 5. aliquid notatur.)

12 Si autem dictus frater nedum habuerit cum aliis fratribus hereditatem indivisam, & solum societatem simpliciter, sed etiam expresse contraxerit cum ipsis rigorosam societatem omnium bonorum, & debitorum, tunc talis dos est extrahenda ex bonis communibus absque eo quod teneatur postea ipsam in suam partem computare, Silvest. l. c. q. 28. cum Baldo ibi allegato Azorius loc. cit. cap. 19. vers. Nono queritur: Rosign. l. c. prenot. 27. num. 6. & alii per text. in l. Si socius pro filia 82. ff. Pro socio. (Leg. 6. tit. 10. part. 5. Ne despicatur decisio textus in leg. 5. tit. 5. part. 6. ibi: B esto es: Conventit lex 8. tit. 9. lib. 5. Recop. Cast. lex 53. Tauri, & 9. tit. 11. p. 4.) Et ratio est, quia ratione huiusmodi societatis omnia bona, lucra, commoda, debita, damna, & pericula sunt communia fratribus sic sociatis; l. Ea vero 2. § l. Cum duobus 52. ff. 8. ff. Pro socio, adeoque unus frater debet alteri contribuire, ut filiam dotet sive pro contrahendo Matrimonio,

sive pro ingredienda Religione, & sic de similibus aliis expensis faciendis. Tum quia in huiusmodi societate talis censetur intervenire conventio: Contractus autem ex conventionem legem accipere dignoscuntur, text. expr. in cap. Contractus 87. de Reg. Jur. in 6. & l. Contract. 23. ff. de Reg. Jur.

Hinc frater habens præ aliis filiis aptos ad laborem, & re ipsa laborans in commodum, & utilitatem communione, & indivisionis fraternæ, si non inierit cum aliis fratribus expressam societatem omnium bonorum, potest in divisione (nisi aliter sit conventum, aut aliud postulet legitima consuetudo) exigere stipendium proportionatum labori præstito à suis filiis, cum labor sit pretio æstimabilis, & dignus sit operari mercede sua. Lucae cap. 16. num. 7. Matth. cap. 10. numer. 10.

(Inter multiplices decisiones quæ adferri poterant in comprobationem præcedentis asserti, præter eas, quæ notantur in Legum Corporibus, in hoc presenti opere recordatis, videlicet in omnibus titulis, taxam iurium præfinitibus, vulgo Aranceles, recognoscantur leges 12. 17. 18. § 19. tit. 16. §. tit. 19. 7. 11. § 23. tit. 20. part. 1. cum prologo, leg. 1. & 2. tit. 26. tit. 31. p. 2. 14. tit. 6. 13. § 15. tit. 19. §. tit. 20. atque 3. tit. 21. p. 3. Vid. etiam lit. F pag. 23. in add. hisp. nov. regiamque schedulam 6. Decemb. ann. 1785. cuius fit mentio lit. M pag. 74. col. 2. in add. ibi nov. inserta Recognosce verb. Beneficium, Beneficiarius, Congrua, Decima, Parochus, &c.)

Et sic etiam frater non habens filios potest in divisione (nisi aliter sit conventum, aut aliud ferat legitima consuetudo) exigere à fratre habente filios illud plus, quod in ipsis alendis fuit consumptum. Navarrus c. 17. n. 161. Bartolus, Baldus, & alii apud Felicum c. 15. n. 91. § cap. 72. n. 64. § 71. Bonacina l. cit. pund. 7. num. 7. cum aliis ibi allegatis. Et ratio clara est, quia sicut habens filios laborantes in utilitatem communione, & indivisionis fraternæ, potest in divisione exigere stipendium proportionatum eorum labori, ita alter non habens filios potest in divisione exigere ab habente filios illud plus, quod in ipsis alendis fuit consumptum, juxta dicta supra num. 11.

Si vero dicti fratres inierit inter se expressam rigorosam societatem omnium bonorum, & debitorum, nec habens filios laborantes potest in divisione exigere stipendium pro tali labore, nec alter carens filiis potest exigere sumptus factos in alendis filiis alterius fratris, per dicta, & jura adducta supra num. 12.

Frater habens uxorem lucra acquirentem exercitio allicujus artis, seu mercaturæ, vel quæ esset obsterica, aut chirurgica, &c. si ipsa uxor lucrum separatim tenebat, aut ex aliis conjecturis posset, quod societatem contrahere volebat, non tenetur in divisione illud lucrum aliis fratribus communicare, sed ipsa uxor teneatur solum erogare viro, & aliis ejusdem fratribus tantum lucra, quantum secundum iudicium boni viri responderet operibus communibus, & obsequialibus à mulieribus suæ conditionis in domo fieri solitis, quibus ipsa propter exercendam talem artem, aut professionem defecisset; quia cum ipsa teneatur talia officia, & obsequia præstare ex vi sui status, & conditionis, si non præstet ob acquirendum aliud lucrum, debet ex illo lucro illa compensare. Silvester loc. cit. q. 32. cum aliis ibi allegatis, Rosign. loc. cit. disquisit. 4. §. 10. num. 2. § 3. & alii.

Sic à fortiori non tenetur frater in divisione communicare aliis fratribus lucra acquisita ex bonis paraphernalibus, seu extradotalibus suæ uxoris, si ipsa uxor sit sibi expresse reservata talia lucra, aut ex aliis conjecturis appareat voluisse ipsa sibi reservare, & nullatenus aliis communicare. Nec obstat, quod dictus frater habens ex commissione suæ uxoris administrationem talium bonorum paraphernalium, lucra inde provenientia insumpserit in communem utilitatem, quia per hoc non censetur, quod voluerit aliis fratribus communicare, seu donare, cum non sit verisimile, quod voluerit talia lucra auferre sibi, & suis filiis, & dare alienis: Unde

de si ipse insumpsit in utilitatem communione fraternæ, potest in divisione ea ab aliis fratribus exigere, quia quicquid solus expendit de suo in re communem (nisi aliter sit conventum, aut ex conjecturis constet) potest in ejus rei divisione repetere; l. In hoc iudicium 14. ff. Communis dividundo. (In majorem comprobationem seu aequalitatem intelligentiam eorum quæ ex num. 15. exponuntur, vide lit. B pag. 411. verb. Nuptiæ, & verb. Uxor, in additionib. hisp.)

17 Secus autem esset dicendum, si ipsa uxor, & suus vir cum ejusdem fratribus inierit expressam rigorosam societatem omnium bonorum, & dicta lucra acquisita artificibus vel ex suis bonis paraphernalibus fuissent insumpta in communem utilitatem dictæ societatis; Quia ratione huiusmodi rigorosæ societatis communicari debent quæcumque ex qualibet causa acquisita, videlicet ex labore, opera, industria, negotiatione, donatione, legato, hereditate; l. Ea vero 3. ff. Pro socio. Item quæcumque obveniunt ex bonis castrensibus, vel quasi castrensibus, l. Cum duobus 52. § 8. ff. Pro socio. Et generatim omnia acquisita ex quolibet jure, titulo, vel causa, ac omnia debita contracta, damna, & impensæ; l. Cum duobus 52. § 17. ff. Pro socio, ibi: Socium universam in societatem conferre debere, Nerarius ait, si omnium bonorum socius sit, & concordat l. Ea vero 3. §. 1. ff. eod. ibi: Cum specialiter omnium bonorum societas coita est, & tunc hereditas, & legatum, quod donatum est, aut quæ ratione adquisitum communione adquiritur, juncta l. Si societatem universam fortunarum 73. ff. eod.

19 obstat, quod in tali societate bona unius fratris sint multo plura bonis alterius, quia ut patet ex adductis iuribus, est proprium, & peculiare huius rigorosæ societatis, quod omnia quæcumque sociorum bona communicentur. At debet adverti, quod non intelligitur contracta hæc rigorosa omnium bonorum societas, nisi fratres, seu socii specialiter, & expresse inter se voluntarie convenierint, quod sit omnium quorumcumque bonorum societas; l. Ea vero 3. ff. Pro socio. (Hæc consonant leges 3. 4. 6. 7. § 8. tit. 10. p. 5. Videantur leg. 1. 2. 7. 18. 19. 25. 26. tit. 11. p. 4. ne despiciantur quæ lit. B. ex pag. 419. ad 425. proponuntur.)

21 Nec dici potest societas omnium bonorum illa, quæ vocatur societas simpliciter, quia societas simpliciter, nisi inter fratres, seu socios fuerit expresse conventum, quod sit omnium bonorum, intelligitur solum contracta, ut sit universorum, quæ veniunt ex questu, hoc est, si quid lucra ex emptione, venditione, locatione, conductione descendit, textu expresse in leg. Coiri societatem 7. ff. Pro socio. Pro questu autem intelligitur id, quod ex opera, artificio, industria, vel cura, & diligentia cupisque provenit; l. Quæstus 8. ff. Pro socio. Unde ratione societatis simpliciter contractæ non communicatur hereditas, legatum; vel si quid donatum est, quia hæc veniunt ex caritate, liberalitate, vel alia causa, & non ex questu, l. Nec adject 9. ff. Pro socio. (Dicta lex 7. ej. tit. 10. p. 5. § lex 4.)

24 Teneatur autem frater ratione societatis simpliciter contractæ communicare cum aliis fratribus thesaurum inventum, sive in suo communis fundo, sive in alieno, quia aliqua sua opera, industria, diligentia, vel labore illum quæsit, sique talis thesaurus ex questu venire videtur, argum. cit. l. Quæstus 8. ff. Pro socio. Socius vero non frater, sed extraneus, teneatur ratione talis societatis simpliciter contractæ communicare cum alterius sociis solummodo thesaurum reperiunt in fundo alieno propter ad ductam rationem: Non tamen thesaurum reperiunt in suo fundo, agro, vel domo, quia tunc perinde esset, ac si suam amissam invenisset, aut nesciens ubi esset postea reperisset. Sic expresse Azorius loc. cit. cap. 17. vers. 8. & alii. Semper autem esset

communicandus cum aliis sociis, sive fratribus, sive extraneis talis ubicumque reperiens thesaurus, si inter ipsos fuisset inita rigorosa societas omnium bonorum, per dicta, & jura adducta supra num. 18. juncta l. Si societatem universam fortunarum 73. ff. Pro socio. (Lit. D pag. 103. § lit. R pag. 170. § 171. in add. hisp. & novis.)

25 Ut scias dominium, quod inventores in thesaurum acquirunt, hæc ex P. Gabriele Antoine de Just. & Jure cap. 2. exhiberi placuit doctrinam: Jure naturali & gentium thesaurus totus est inventoris; nam quæ nullius sunt, sunt jure naturali & gentium primi occupantis. Thesaurus autem nullum habet dominum; nam definitur in jure: *Vetus quædam depositio pecunie, cujus non extat memoria, ut jam dominum non habeat; L. 31. ff. De acquir. rer. Dom.* Ubi per pecuniam intelligitur quævis opes mobiles, ut vasa, gemmæ, annuli, catenæ aureæ &c. Dicitur autem vetus depositio, nam si non sit vetus, non censetur thesaurus, sed res inventa, quæ domino, & in ejus defectum ejus hereditas restitui debet: qui si cognosci nequeant, impendi debent in usus pios, quia sunt bona incerta; *Si quis autem vel lucra causa, vel metus, vel custodia, considerit sub terra, non est thesaurus, cujus etiam furtum sit; L. Numquam ff. de acquir. rer. Dom.*

Jure tamen civili communi obligante in conscientia, hæc statuta sunt de thesauro. 1. Thesaurus totus est illius, qui eum in proprio fundo reperit; *Instit. de rer. dom.* Si tamen arte magica ibi inventus sit, totus pertinet ad fiscum, saltem post sententiam iudicis, 2. Qui fortuito thesaurum in fundo alieno reperit, est dominus dimidii, alterum vero dimidium tenetur ante sententiam iudicis tradere domino speciali fundi, sive sit princeps, sive privatus, ex *Instit. de rer. divis.* quæ dispositio non est penalit sed definitiva proprietatis rerum. 3. Thesaurus de industria quæsitus in fundo alieno sine consensu domini, totus est domini; l. unic. Cod. de Ther. Varii tamen putant, inventorem non teneri ante sententiam iudicis tradere nisi dimidium, ob hæc verba legis ex ea parte penalit; *Totum locorum domino reddere compellatur.* 4. Si Thesaurus invenitur in platea, foro vel via publica, juxta multos debet dividere cum fisco; juxta alios totus est inventoris. In his vero sicut in aliis spectandæ sunt speciale locorum leges, vel consuetudines, & servandæ. Sic in Gallia thesaurus in alieno fundo reperiens, in tres partes æquales dividi debet, quarum una sit inventoris, altera domini fundi, tertia Dynastæ, seu alterius justitiarum, vel Regis, si solus in loco sit alius justitiarum. Thesauri vero à domino fundi inventi media pars est inventoris, alia Dynastæ, vel Regis. Immo circa hoc variæ sunt in variis provinciis consuetudines.

26 Circa Dominium, quod inventores in thesaurum acquirunt, ultra ea, quæ hic trado, Ego alia quamplura tradidi jam in verb. Dominium, art. 3. à num. 26. ad 45. inclusive, ubi cum assistentia juris, & doctorum assignavi, quando & quomodo ab inventoribus in thesaurum dominium acquiratur, & quando non. Vide ibi multa ad rem.

27 Debitum contractum ab uno fratrum post obitum patris est de communi solvendum, si conversum fuerit in communem fratrum utilitatem. *Communis*, per text. in l. Omnes æs 27. ff. Pro socio, l. Si hi 1. l. Quod si 3. ff. De in rem verso, cum similibus. (Leg. 16. tit. 10. p. 5. cum leg. 28. tit. 12. ejusd. p.)

28 Si autem tale contractum debitum conversum fuerit in solum privatum commodum contrahentis, non esset de communi solvendum. *Communis*, textu expr. in l. Jure societatis 82. ff. Pro socio, cum similibus, & facit l. Non debet 74. ff. de Reg. Juris, & c. Non debet 22. de Regul. Juris in 6. (Vide verb. Pascua in fin.)

29 Thesaurum, quocumque in loco inventum, ad Regiam spectare Gazam, supra est animadvertum (1); idcirco inverificabilis erit casus communicationis rerum ita reperiatarum, quod præ oculis est habendum.

(1) Vid. verb. Dominium.

29 *fin.* In contentione inter fratres in quem usum fuerit debitum conversum, onus probandi spectat ad illum, qui tale contraxit; qui si non probet fuisse conversum in communem utilitatem, debet ex suo solvere, quia in tali contentione alii fratres sunt veluti Rei in iudicio, & qui debitum contraxit est Actor: Actor autem incumbit probare quod dicit, quod si non probet, Reus absolvitur, l. Qui accusare 4. Cod. de edendo l. Actor 23. Cod. de probat. l. Et 2. ff. de prob. (Verb.)

30 Actor). Ex mortuo fratre, qui contraxit debitum in contentione inter Creditorem, & reliquos fratres debitores, onus probandi tale debitum fuisse conversum in communem ipsorum utilitatem spectat ad Creditorem uti Actorem propter dicta, & jura adducta numero antecedenti. Sic in universum Rosign. loc. cit. disquir. 4. §. 7. cum aliis ibi allegatis.

31 Delictum, seu maleficium unius fratris socii omnium bonorum, non nocet aliis fratribus; l. Cum duobus 52. §. 5. & 18. ff. Pro socio. Unde si talis frater delinquitur condemnatur propter delictum, seu maleficium ad poenam, solvere debet de suis, & non de bonis societatis, textu expr. ibi: cit. §. 18. ibi: Si ob maleficium suum, ipsum tantum damnari sentire debere. Et ratio est, quia sicuti societas non est initia de lucris provenientibus ex culpa, ut ex furto, homicidio, adulterio, perjurio, cit. l. Cum duobus 52. §. 17. & l. Quod autem ex furto 53. ff. Pro socio, ita neque censetur initia de damnis, quae frater delinquitur sentire debet in poenam, cit. leg. Cum duobus 52. §. 3. & §. 18. ff. Pro socio. (Convenient leg. 2. 7. & 8. tit. 10. p. 5.)

32 Praescindendo a societate inter fratres jure novo in l. Ut liberis 17. Cod. de Collation. Authen. Ex testamento. Cod. eod. tit. Auth. de Triente, & semisse §. Illud quoque collat. 3. statutum est, quod ipsi in divisione hereditatis paternae, & maternae, adducant ad partitionem communem, quae ab ipsis viventibus acceperant, dummodo ipsis expresse vel tacite per conjecturas non praesumantur donata, seu condonata. Et hic in specie assignantur ea, quae in partitione hereditatis adduci debent, vel non.

33 Primo igitur in divisione cum reliquis fratribus debet alter frater adducere & computare in suam partem pecuniam, quam pater consumpsit pro studiis ipsis, si pater apud se habeat ipsius filii bona castrensia, vel quasi castrensia; Colligitur ex l. Filius à patre 18. ff. de petitione hereditatis, & ex l. Si pater 7. Cod. de dotis promissione. In tali enim casu praesumendum est, quod pater administrator nomine egerit de dictis bonis ipsius filii, & noluerit insumptam pecuniam condonare in praedictum aliorum filiorum, cum ille haberet de propriis bonis sufficientia ad dicta studia: Secus autem si pater non haberet apud se ulla filii bona, quia in tali casu praesumendum est, quod pater eam pecuniam contulerit, ut absolutus dominus, & liberaliter donaverit; l. Quae pater 32. ff. Famil. Erscisc. Molina trad. 2. disp. 239. Lopez 2. p. c. 2. concl. 2. Silvester l. c. q. 8. cum Baldo ibi allegato, Rosign. l. c. p. 17. n. 7. & 13. Bonac. l. c. punct. 7. §. unic. n. 7. Navarr. Vasquez, Sa, Zechio ibi citatis, & alii passim.

34 Secundo, debet frater adducere in partitionem cum reliquis fratribus, juxta dicta num. anteced. libros, quos Pater vivens ipsi tradidit pro studio, si sint considerabiles quantitates, & valoris; Molina, Lopez, Zechius, Tuscus, & alii citati, & secuti à Bonacina l. c. n. 9. quia in tali casu non est praesumendum, quod pater voluerit illos ipsi donare, cum ex hac donatione magna consurgeret inaequalitas inter fratres: Secus autem si tales libri essent parvae quantitates, & pauci valoris, quia in tali casu addeset praesumptio de liberali paterna donatione. Et sic dicendum est de pecunia ei tradita à patre pro emendis libris, quam si in magna quantitate insumpsit in ludos, aut meretrices, tenetur computare in suam partem: Secus autem si in exigua quantitate, quia circa hanc exiguam quantitatem quamvis pater praesumatur invitus quoad modum, non tamen quoad substantiam, sicut potius praesumitur, quod pater voluerit illam ei condonare, quam ut ipsam in suam

partem computaret. Navarrus, Molina, Zechius, Vasquez, Lopez, & alii allegati, & secuti à Bonacina l. c. n. 10. In omni tamen casu, quo libri adducendi, & computandi sint, computari debent secundum valorem, quem habent tempore divisionis, & non secundum valorem, quem habuerunt. Glossa in l. Illud 20. Cod. de Collat. in V. Poterat, Rosignol. l. c. n. 15. & omnes alii allegati supra num. 34.

Tertio, debet frater adducere in partitionem, quae de bonis communibus post mortem patris insumpsit in prosecutione studii incepti ante mortem patris, quia factum per patrem viventem inceptum in favorem alicujus ex filiis, non obligat haereditem, nisi quatenus erat obligatus; leg. Esi filius 15. ff. de munerib. & donoribus, leg. Si filia 20. §. 6. ff. Familia Ersciscunda, leg. Honores 7. §. 2. ff. de Decurionibus: Pater autem non erat obligatus ad expensas in prosecutione studii dicti filii. Silvester loc. cit. quest. 11. cum Bartolo ibi allegato, Rosignol. loc. cit. num. 8. & alii.

Quarto, computare debet frater expensas factas in assequenda post mortem patris laurea Doctoratus, quia Doctoratus est novus actus distinctus ab ipso studio, l. Si servus legatus 103. §. 5. ff. de Legatis 1. Nec alii fratres ad ipsas expensas tenentur. Silvester loc. cit. q. 11. in fin. cum Baldo ibi citato, Rosignol. l. c. n. 9. Azorius loc. cit. cap. 19. vers. 8. & alii. Non sunt autem conferendae expensae factae ab ipomet patre pro obtinendo electorata, dignitate, vel beneficio filio, nisi aliter constet tacite, vel expresse de voluntate dicti patris; l. Hic titulus 1. §. 16. ff. de collat. bonorum, Bartolus ib. Silvester loc. cit. q. 26. Bonacina loc. citat. num. 17. & alii. Sunt tamen conferendae expensae factae à patre pro obtinendis filio aliiis officiis, quae vendi, & transmitti possunt ad posterum, & haereditas, l. Illud 20. Cod. de Collation. Covarrub. 3. part. variat. c. 19. n. 1. Molina loc. cit. disp. 241. cum Bartolo, & Gomezio ibi cit. Bonacina loc. cit. num. 17. cum aliis ibi allegatis, & alii apud Vasquez in Opusc. de testamentis cap. 7. dub. 9. Et ratio est, quia haec officia censentur bona profectitia, adeoque in divisione sunt conferenda quoad pretium, seu aestimationem illorum.

Quinto conferre debet frater secundum valorem presentem vestes, torques, & alia ornamenta à patre tradita ipsius uxori, si adhuc extant, & sint pretiosa, & non sint necessaria ad quotidianum usum, arg. l. Illud, seu Id vestimentum 25. ff. de peculio. Et ratio est, quia illa non praesumuntur ei à patre donata, sed ad solum usum concessa, l. Mortis suae causa 53. ff. de donationibus inter virum, & uxorem. Non debet autem frater ea conferre, si non amplius extant, nec sint pretiosa, & sint necessaria ad quotidianum usum. Et ratio est, quia recipiens non tenetur compensare concessa ad usum, si post usum non remaneant, nec minus si remaneant, si non sint pretiosa, & sint necessaria ad quotidianum usum, tenetur ea conferre, quia in ordine ad ista currit justa praesumptio, quod pater ea donaverit uxori filii, & à principio tenet donatio inter socrum, & nurum, l. Ex annuo 15. ff. de donationibus inter virum, & uxorem, l. Si dos 85. ff. Ad leg. Falcid. Item nec tenetur frater ea conferre, quamvis sint pretiosa, quoties constat patrem ea nurui, seu respective ejus uxori donasse, nam illa essent de libero dominio ipsius uxoris, cum à principio tenuerit donatio inter socrum, & nurum per jura mox adducta, juncta l. Filius 5. ff. de dotis collatione. Silvester loc. cit. quest. 11. Sanchez l. 6. de Matrim. disp. 233. §. Hujusmodi autem: Lugo tom. 1. disp. 5. sect. 2. num. 37. Sporer tom. 2. trad. 6. in complement. septimi precepti cap. 1. sect. 2. num. 51. Bonacina l. c. num. 5. vers. Respondeo secundo: cum aliis ibi allegatis. Non tenetur tamen conferre, si non licet succedere patri in hereditate, sed contentus sit re sibi tradita, quia is solum conferre tenetur, qui vult in hereditate cum aliis succedere; l. Fuit questio 9. de dotis collatione, Molina disp. 237. vers. Rediturus: Emmanuel Sa l. c. n. 42. Bonacina l. c. n. 4. cum Gomezio, & Zechio ibi citatis, & alii.

ne non ex mera liberalitate, sed ob causam, v. g. ob nuptias, ob dotem, ob susceptionem Ordinum, ob ingressum Religionis, & hujusmodi, per cit. l. Illud cum similibus, cum donata ob causam de sua natura conferri debeant, ex quo praesumantur tradita in compensationem Legitimae, Vasquez l. c. dub. 6. Emmanuel Sa, verb. Haereditas num. 43. Bonacina loc. cit. num. 13. Sanchez l. c. disp. 25. cum pluribus aliis ibi allegatis. Non sunt tamen computanda in divisione expensae factae à patre in convivio ob nuptias filii, seu occasione primi Sacri celebrati, aut ingressus, & professionis Religiosae, vel promotionis ad doctoratum, aut ad aliquam dignitatem, si filius non habeat bona propria, quia tales expensae pertinent ad rationalem administrationem bonorum patris, & ad alimenta filii debita, nec magis censentur factae ob filium, quam in honorem ipsius patris; Molina trad. 2. disp. 238. vers. De expensis, cum Bartolo, Gomezio, & aliis ibi allegatis, Tuscus concl. 417. Vasquez loc. cit. dub. 6. num. 46. Sa loc. cit. num. 43. Bonacina loc. cit. num. 11. cum aliis ibi citatis.

47 Nec tenetur frater in divisione computare quae pater illi dedit praeter alia ad cibum, vestium, & equitatum, quia stat rationabiliter praesumptio, quod pater illa liberaliter ei donaverit, seu condonaverit. Navarr. cap. 175. num. 160. Vasquez loc. cit. dub. 8. num. 155. Bonacina loc. cit. num. 8. & alii. Nec tenetur frater conferre quae à patre vivente acceptit ob merita extraordinariorum obsequiorum, dummodo accepta non excedant merita; l. Si pater 34. ff. de donationibus, Molina, disp. 224. Navarr. cap. 175. num. 144. & 145. Silvester verb. Donatio 2. q. 7. Vasquez loc. cit. dub. 10. num. 163. Bonacina loc. cit. num. 18. cum aliis ibi allegatis.

49 Septimo, conferre debet frater quae pater insumpsit in ipsius liberatione à captivitate, à carcere, aut à poena ipsi pro delicto debita, si pater declaraverit esse computanda in divisione: Pater enim licet teneatur alere filium, non tamen tenetur cum gravamine aliorum filiorum innocentium ipsius delinquentis delicta solvere; si autem declaraverit non esse computanda aut non expresserit, an vellet computari, non sunt computanda in divisione, quia tunc praesumi debent ex paterna pietate condonata, cum non sit addenda afflictio afflictio, cap. Cum percussio 9. q. 1. cap. Ex parte 5. de Clerico agrotante; (Lit. B. pag. 428. n. 10. leg. 11. tit. 9. p. 7.) Dummodo tamen pater non habeat bona propria ipsius filii; Tuscus concl. 417. Vasquez loc. cit. dub. 8. n. 155. Navarrus cap. 175. n. 165. Bonacina loc. cit. num. 19. cum pluribus aliis ibi allegatis.

50 Octavo, conferre debet frater bona profectitia, quia horum bonorum dominium pertinent ad patrem, §. 1. Institut. per quas personas cuique acquiritur. Non debet tamen conferre bona castrensia, aut quasi castrensia quia horum dominium absolute pertinet ad filium; l. Castrensie 11. ff. de collatione bonorum. Nec bona adventitia, l. Ut nemini 21. Cod. de collationibus. Adventitorum enim bonorum dominium directum, seu proprietatem habet filius, l. Cum oportet 6. Cod. de bonis, quae liberi.

53 Nono, conferre debet frater quae acceptit à patre titulo patrimonii ad Sacros Ordines, vel ad nuptias contrahendas, quia traditio horum bonorum non est donatio omnino libera, sed ob causam donata autem ob causam, & non ex mera liberalitate conferri debent in partitionem; leg. Illud 21. circa finem. Cod. de Collationibus.

54 Ast tamen ipsi fructus percipiendi dum vivit, spectat ad ipsum solum, nec debet eos fructus afferre in partitionem. Molina disp. 233. §. Hujusmodi autem: Lugo tom. 1. disp. 5. sect. 2. num. 37. Sporer tom. 2. trad. 6. in complement. septimi precepti cap. 1. sect. 2. num. 51. Bonacina l. c. num. 5. vers. Respondeo secundo: cum aliis ibi allegatis. Non tenetur tamen conferre, si non licet succedere patri in hereditate, sed contentus sit re sibi tradita, quia is solum conferre tenetur, qui vult in hereditate cum aliis succedere; l. Fuit questio 9. de dotis collatione, Molina disp. 237. vers. Rediturus: Emmanuel Sa l. c. n. 42. Bonacina l. c. n. 4. cum Gomezio, & Zechio ibi citatis, & alii.

Decimo, conferre debet frater in divisione expensas factas à patre ad ejus bona adventitia augenda ad perpetuam considerabilem utilitatem, si constet, quod pater eas fecerit animo rependendi: Et si dubietur de tali animo, attendenda est quantitas dictarum expensarum, & si parva sit, praesumi debet, quod non habuerit animum rependendi; si vero magna sit, ita ut quantitas expensarum factarum excedat quantitatem fructuum perceptorum, est praesumendum, quod animum habuerit rependendi dictas expensas, cum non sit credibile quod voluerit pater unum filium dotare cum magno detrimento aliorum; Navarrus cap. 175. num. 216. Bonacina l. c. num. 15. & ipso teste alii communiter. Sic & contra si pater notabiliter dilapidaverit bona adventitia unius filii, alii fratres in divisione tenebuntur compensare, cum obligatio ex iustitia transmittatur ad haereditas & haereditas, seu res transeat cum suo onere; l. Alienatio ff. de contrahend. emptione, l. Pomponius §. Cum quis ff. de acquirend. possess. l. Via constituti §. Quicumque ff. de servitutibus, l. Fiscus 6. ff. de jure Fisci Clemens. in. l. de censibus, cum similibus; Emmanuel Sa verb. Haereditas num. 45. Bonacina l. c. num. 5. in fine, & alii (Leg. 17. tit. 10. p. 5. & multis aliis part. 6. cum leg. 34. tit. 5. part. ejusd. 5.)

Inter fratres potest esse communio tantum mensurae, fructuumque bonorum patrimonialium, tum potest esse Societas universalis. Ex hoc autem solum quod fratres cohereditate vixerint, promiscueque ac pro indiviso bona possederint, vix habetur communio mensurae, & fructuum bonorum patrimonialium. Quinimodo id procedit etiam si adsit pactum, ut omnia lucra, & damna sint communia, quippe quia potest pactum hoc verificari in bonis tantummodo patrimonialibus quorum respectu inter ipsos erat communio. Confer Rota in Romana, seu Spoletana Fideicommissi. 1. Febr. 1754. §. 7. & plur. seq. coram bon. memor. Vicecom. & 4. Jul. 1755. §. 9. & duob. seq. coram Illustriss. Figueroa.

Societas vero universalis, per quam omnia tum industriae, tum fortunae lucra communicantur, vel requirit expressam conventionem, vel deducenda est ex necessariis actibus, & argumentis, de quibus vide Rotam in Romana Hereditatis super Fideiussione 5. Maii 1706. §. cor. Eminentiissimo Bussio. Adde etiam idem Sacrum Tribunal in dicta Romana, seu Spoletana Fideicommissi. 1. Febr. 1751. §. 6. & 7. coram bon. Vicecom. & 4. Jul. 1755. §. 9. coram Illustriss. Figueroa.

Nam acquisitio proprio nomine facta ab uno ex fratribus excludat inter ipsos societatem universalem? Questionis est. Obtinuit distinctio, quod si certo constet, & quidem vel expresse vel tacite, de societate universalis, eam minime excludat mox dicta acquisitio, quia tunc proprio nomine acquirens communi sociorum nomine acquisivisse videtur: At si de societate universalis, nec ex conventionem expressa, nec ex argumentis indubius constet, praefata acquisitio urget in ejus exclusionem; Michalar. de Praxib. part. 2. cap. 17. num. 16. & sequens. Costant. de Stat. Urb. annot. 21. num. 41. Rota in Spoletana divisionis Bonorum 5. Febr. 1745. §. 12. & in Rocinaton. Communione universalis 25. Jun. 1747. §. 7. utraq. cor. bon. mem. Vicecom.

Ex indole societatis universalis res communi periculo ita pereunt, ut unus alteri ex sociis non nisi de inexcusabili culpa, probatoque dolo teneatur. Rota in Romana Hereditatis super Fideiussione 5. Maii 1751. §. 4. cor. Eminentiissimo Bussio.

(Postquam meditatio super his, quae verb. Arrha, Bona Laicalia, Dos art. 11 & 3. Haereditas, Haeres, Legitima, Nuptiae, Successio ab intestato, Testamentum & verb. Ususfructus, & in additionibus his, etiamque novis, intercedat, ad ipsumdem Auctorem à Patre Lucio Ferraris totius citatum, scilicet D. Antonium Gomez fieri recitus debet, atque ex leg. 17. usque ad 30. exclusive, praesertim in 29. omnia ex num. 32. contenta distinctione magna discernuntur; Videatur tit. 15. p. 5. & tit. 6. lib. 5. Recop. Cast.)

SODOMIA. Vide verb. Luxuria à num. 50. ad 63.

SOLEMNITATES PRO ALIENANDIS. REBUS EC-

ECCLESIASTICIS. Vide verb. Alienatio art. 2: per tot. & art. 3. ad 4. SOLEMNITATES CONTRACTUUM. Vide verb. Contractus per tot. SOLIDUS. Vide verb. Cathedralicum num. 5. & verb. Donatio art. 1. num. 30.

SOLLICITATIO AD TURPIA.

S U M M A R I U M.

- 1. Ad coercendam sacrilegam sollicitationem ad turpia in Sacramentali Confessione, vel occasione seu pretextu ejusdem, variae sunt edite Pontificiae constitutiones.
2. Adducitur pra alii constitutio Gregorii XV. quae est norma & regula in hac materia habenda.
3. Sollicitatio quid sit.
4. Per personas sollicitantes intelliguntur hic omnes, & singuli Sacerdotes, tam Seculares, quam Regulares cujuscumque dignitatis, aut praeminio existant.
5. Hinc sollicitans dicitur, & est denuntiandus etiam Sacerdos non Confessorius, qui se fingens Confessorium, feminas, seu adolescentulos ad turpia, seu carnalia provocat, & incitat.
6. Secus autem si laicus sit se fingens Sacerdotem, & Confessorium.
7. Talis vero laicus esset denuntiandus tanquam suspectus de Haeresi ex aliis pontificiis constitutionibus.
8. Feminae sollicitantes in Confessione Confessorios ad inonestam non sunt denuntiandae.
9. Per personas sollicitatas intelliguntur hic feminae, & mares, puella, & pueri.
10. Hinc tam mares, quam feminae quaecumque etiam Moniales, & Mulieres nobiles sollicitatae a Confessorio ad turpia, tenentur ipsos denunciare, & assignatur modus pro nimis verecundis.
11. Sollicitatio fieri potest pluribus modis, nempe scriptis, verbis, signis, & nutibus, tactibus, oculis, & hujusmodi.
12. Unde Confessorius, qui in Sacramentali Confessione tribuit Penitentem, sive faminae, sive mari chartam postea legendam, in qua ad venerem provocat, tanquam vere sollicitans est denuntiandus.
13. Item vere sollicitans, & est denuntiandus Confessorius ille qui per inonestos sermones Penitentem ad venerem provocat.
14. Et sic vere sollicitat, & est denuntiandus Confessorius ille, qui in actu Confessionis, seu immediate ante, vel post dicit Penitenti: Si ego essem Secularis, vellem te solam ducere in uxorem. Vel si dicit: Memento mei, quia ego te ex toto corde diligo. Vel permittit me, ut in domum tuam veniam, & amorem meum tibi ostendam. Vel pulchritudinem ejus lascivis verbis laudat atque commendat, & hujusmodi.
15. Item vere sollicitat, & est denuntiandus Confessorius ille, qui signis, nutibus, oculis, tactibus lascivis Penitentem incitat, seu provocat ad actus venereos.
16. Item sollicitatio fieri potest in pluribus, & diversis temporibus, nempe vel tempore actualis Confessionis, seu immediate ante, vel immediate post, seu occasione, vel pretextu Confessionis.
17. Unde Confessorius, qui tempore actualis Confessionis aliquo ex supradictis obscenis modis Penitentem ad venerem incitat, vere sollicitat, & est denuntiandus.
18. Et talis Confessorius est denuntiandus, etiam si non pro se, sed pro alio sollicitet.
19. Confessorius, qui in Confessione per inonestas verba accipit sollicitare feminam ad turpia, quae eidem consentit, sed post illa verba statim desistit, nec tunc Confessorius impendit absolutionem, sed differt tam complementum sollicitationis, tam absolutio-

- nis, hoc non obstante est denuntiandus.
20. Confessorius, qui feminam Penitentem ante inceptam Confessionem, & dilata in aliud tempus Confessione, oculis, seu verbis, aut tactibus obscenis sollicitat, est denuntiandus.
21. Item denuntiandus est Confessorius, qui immediate post Confessionem, & datam absolutionem tradidit Penitentem chartam postea legendam, quae continet verba incitantia, & provocantia ad venerem.
22. Item denuntiandus est Confessorius, qui post auditam Confessionem adolescentis, quem novit plures fuisse sodomitice cognitum, immediate ipsum ducit ad proprium cubiculum & ipsum ad turpia sollicitat. Vel ipsi statim post Confessionem dicit: veni hodie ad meam domum, & tradam tibi chirographum Confessionis, & ipsum illic perrexit, ad coerentem sollicitat.
23. Item denuntiandus est Confessorius, qui faminam in Confessione cognitam adulteram, & post ipsam Confessionem pro aliquo notabili tempore in Ecclesia commorantem in recessu ad suam domum sollicitat. Vel ad ejus domum eodem die hac occasione pergit, & ibique eam sollicitat.
24. Item denuntiandus est Confessorius, qui vocatus hodie ad mulierem ad audiendam ejus Confessionem domi sequenti die illuc perrexit, eam postposita Confessione sollicitavit.
25. Item denuntiandus est Confessorius, qui hodie mulierem pro sequenti die ad Confessionem invitat, & ipsam, antequam accedat ad Confessionarium, praevocavit, & sollicitat.
26. Item sollicitatio fieri potest in pluribus, & diversis locis, nempe vel in Confessionario, aut loco quocumque, ubi Confessiones Sacramentales audiuntur, seu ad Confessionem audiendam electo.
27. Unde Confessorius in Confessionario sedens, si mulierem ad se accedentem, non ut confiteatur, sed alio negotii causa, sollicitet, est denuntiandus.
28. Adducitur, & solvitur instantia.
29. Hinc denuntiandus est Confessorius, qui in loco ubi Confessiones audiuntur, seu ad Confessionem audiendam electo, simulans eidem Confessiones audire, mulierem ad venerem sollicitat.
30. Confessorius sollicitans in Confessione, vel occasione, aut pretextu Confessionis, tam in Confessionario, quam in loco quocumque, ubi Confessiones Sacramentales audiuntur, seu ad Confessionem audiendam electo, non ad venerem, sed ad alia peccata, non debet subiacere panis sollicitationis, nec ut tales sollicitantes sunt denuntiandi.
31. Item denuntiandi non sunt ex oi dicituram constitutionum Pontificiarum Confessorii, qui Penitentem sollicitant, non in Confessione Sacramentali, sed in aliis Sacramentis, nempe in ministracione Baptismi, Eucharistiae, &c.
32. Item propter eandem rationem plurimi defendunt, quod Confessorius faminae sollicitanti consentiens non sit denuntiandus.
33. Alii tamen volunt talem Confessorium esse denuntiandum.
34. Penitentes tenentur sub mortali denunciare Confessorium sui sollicitatorem Inquisitoribus, seu Episcopis. Et de tali obligatione tenentur etiam sub mortali eos monere Confessorii.
35. Denunciare Confessorium sollicitantem tenentur, non solum Penitentes sollicitati, sed etiam omnes illi, quibus certo sciunt sollicitationem.
36. Secus autem sequendum multos, si non certo sciunt, quamvis alii sentiant oportum.
37. Moniales, & Mulieres nobiles sollicitatae a Confessorio, tenentur eos denunciare, quomodo id facere volunt, tenentur, & assignatur apud modum id faciendi.
38. Confessorius sollicitans non tenetur denunciare seipsum, nec monere Penitentem, ut ipsum denuntiet.
39. Nec pater, mater, filius, frater, soror tenentur ipsum denuntiare.
40. Nec denunciare tenentur Penitentes, si ex ipse pruden-

- ter, & probabiliter grave, & ingens malum sibi, aut suis conjunctissimis timeat.
41. Denuntiatio Confessorii sollicitantis faciendae est Episcopis vel Inquisitoribus.
42. Episcopi sollicitantes non sunt denuntiandi Inquisitoribus, sed Sedi Apostolicae. Alii tamen sentiunt oppositum.
43. Inquisitores sollicitantes, ubi sunt varii Delegati Sedis Apostolicae, & ejus Officiales, sunt denuntiandi ipsi Sedi Apostolicae, ubi vero sunt solum Subdelegati, & commissarii Inquisitoris Generalis, sunt denuntiandi ipsi Inquisitori Generali.
44. Generales Ordinum Regularium sollicitantes denuntiandi sunt Inquisitoribus, vel Episcopis.
45. Denuntiatio autem accepta, non posse ulterius Inquisitores, seu Episcopos contra dictos Generales procedere, sed debere rem totam deferre ad Sedem Apostolicam docent plurimi: Alii tamen defendunt contrarium.
46. Obligati ad denuntiandum Confessorios sollicitantes, si absque legitima causa, & vero impedimento negligant ipsos intra praefixum tempus denunciare, ultra peccatum mortale, incurunt etiam excommunicationem late sententia.
47. Nec obstat, quod Confessorius credatur jam emendatus, vel elapsum sit jam multum tempus a facta sollicitatione.
48. Multi tamen sustinent contrarium.
49. Terminus pro denuntiatione faciendae pendet ab edictis Inquisitorum.
50. Unde si non sit perpetuum decretum Supreme, & Universalis Inquisitionis de die 3. Jan. 1623. assignans pro termino 12. dies, standum est termino praefixo a respectivis Inquisitoribus, cum hac advertentia, quod dies termini non computantur in termino.
51. Penitens sollicitatus, qui ob non factam denuntiationem intra debitum terminum incurrit excommunicationem, quomodo accedat ad Confessorium, & promittat se statim denuntiatum, non potest ab ipso absolvi, licet sit Privilegiatus.
52. Penitens sollicitatus, qui ob omissam denuntiationem incidit in excommunicationem, facta postea denuntiatione, potest quidem absolvi a Privilegiato, non autem a simplici Confessorio.
53. Sic Penitens sollicitatus, qui intra debitum tempus non denunciavit, quamvis postea extingatur onus denuntiationis, non potest absolvi a simplici Confessorio, sed solum a Privilegiato.
54. Confessorius sollicitatus potest a quolibet simplici Confessorio absolvi.
55. Regulariter loquendo Confessorii non debent absolvere Penitentes sollicitatos, nisi prius sollicitantem denuntient Inquisitoribus, vel Episcopis.
56. In aliquibus tamen casibus expedit, quod Confessorii ipsos absolvant ante factam denuntiationem.
57. Confessorii cautissime procedere debent circa impendendam penitentibus obligationem denuntiandi.
58. In casu, quo reperitur intervenisse veram sollicitationem, nec possit penitens induci ad personaliter denuntiandum, ut saepe accidit in verecundis nobilibus mulieribus, & Monialibus, servanda est praxis juxta decretum allatum supra num. 10. Quod si neque ad id possit talis verecunda penitens flecti, recurrendum est ad Sanctam Sedem, & inserim tanquam indisposita nequit absolvi.
59. Non est autem sufficiens modus evadendi obligationem denuntiandi sollicitationis, si penitens sollicitatus confiteatur cum Confessorio sollicitante sub pretextu quod hic possit ipsum absolvere absque onere denuntiandi.
60. Quomodo Confessorius non moneat Penitentem de obligatione denuntiandi, adhuc penitens ad id tenetur.
61. Confessorii, qui culpabiliter, & malitiose non monent penitentes ab aliis sollicitatis de obligatione eos denuntiandi, seu docent ad id non teneri, sunt de-

- denuntiandi Episcopis, vel Inquisitoribus, qui possunt & debent illos punire pro modo culpe.
62. Confessorii ipsi vere sollicitantes gravissimis panis pro qualitate delicti puniendi sunt.
63. Contra Confessorios sollicitantes aequo procedere possunt Episcopi, & Inquisitores, sive unitim, sive separatim.
64. Ad probandum enorme delictum sollicitationis admittuntur etiam testes singulares, concurrentibus tamen praesumptionibus, indicis, & aliis adminiculis simul comprobantibus.
65. Una tamen femina, quantumvis honesta, non facit sufficientem probationem ad capturam, & torturam etiam concurrent alia indicia, sed tunc est consulenda S. Cong.
66. Circa sollicitationem attendenda est nunc novissima Constitutio Benedicti XIV. in qua confirmat, & ampliat Constitutionem Gregorii XV. & reservat Papae absolutionem eorum, qui falso Sacerdotes de sollicitatione accusant, qui procurant ut ab aliis falsis accusentur.
67. Subnectuntur Supplementa Auditoris.
Ad coercendam sacrilegam, & execrabilem sollicitationem ad turpia in Sacramentali Confessione, vel occasione, seu pretextu ejusdem, variae sunt edite Pontificiae constitutiones, & signanter a Pio IV. const. incip. Cum sicut nuper: a Paulo V. const. incip. Dilecte fili: & Gregorio XV. const. incip. Universi Dominici gregis: Quae Gregorii constitutio, cum sit norma, & regula in hac materia habenda, hic ad litteram datur.
GREGORII PAPA XV. SECVS SETVORVM DEI. Ad perpetuam rei memoriam.
Universi Dominici gregis curam quamquam immeriti coelesti dispositione gerentes sedulo invigilare tenemur, ut ab omnibus praevitis consuetibus immunitis, multoque majori studio providere, ut omnis pestis ab his avertatur, quibus alios sanandi Officium vest commissum, ne quod Evangelica scripta Nos admonent, sale infatuato, non sit in quo saluatur, & ad nihilum prosit ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.
Quoniam autem Romanis Pontificibus Praecessoribus Nostris quibusdam in locis provium fuit ut impium, ac nefandum scelus, quod non solum inter Christi fideles non esse, sed nec etiam nominari debet, procul ab his arceatur, videlicet ut aliquis ad Sacras audiendas Confessiones deputatus Sacrosancti Penitentiae Sacramento, sollicitando Penitentes ad turpia, abutatur, ac pro medicina venenum, pro pane aspidem porrigat, & ex coelesti medico infernalis veneficus, ex patre spiritali proditor execrabilis Animarum reddatur: idcirco Nos ea, quae his perniciosissimis diaboli insidiis arcendis certis locis salubriter constituta sunt, ut nullibi desideretur, quantum ex alto conceditur, providenda duximus.
Alias siquidem a fel. rec. Pio Papa IV. Praecessore nostro emanarunt literae tenoris subsequentiis, videlicet, Pius Papa IV. Venerabili Fratris Archiepiscopo Hispanen. in regnis Hispaniarum hereticorum pravitatis Inquisitori Generali &c. Cum sicut nuper, &c.
Igitur ut literae praedictae perpetuis futuris temporibus, & ubique locorum inviolabiliter observentur, motu proprio, & ex certa scientia, ac mandata deliberatione nostra, ac de consilio Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Card. contra haereticam pravitatem Generalium Inquisitorum praesentibus literas hujusmodi, ac omnia, & singula in eis contenta, Apostolica auctoritate, tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illisque omnibus, & sin-